

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3504

**Auteur(s)** : Jeanne de Boulogne, fille du comte de Boulogne Philippe [autre]

**Bénéficiaire(s)** : Mathilde de Dammartin, Boulogne (comtesse)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1251, décembre

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Jeanne de Boulogne, fille du comte Philippe de Boulogne et de Clermont, donne à sa mère Mathilde, comtesse de Boulogne, toute la part de la succession de son père et concède tous ses héritages situés dans le comté de Dammartin, à Lillebonne, au Pays de Caux et à Alisy.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 497, p. 87.

Texte établi d'après a

Ego Johanna de Bolonia, filia et heres inclite recordacionis, Philippi, quondam comitis Bolonie et Clarimontis, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego karissime matri mee, Matildi, comitisse Bolonie, que michi et familie mee omnia necessaria, tam in victu quam vestitu, postquam fui maritata, de suo proprio invenit et administravit, do, lego et concedo, iu puram et perpetuam et irrevocabilem elemosinam, totam et integram partem, que ad me pertinet et ad me devenit ex successione patris mei, de omnibus rebus, tam terris quam nemoribus, vivariis et rebus aliis, quas karissimus pater meus et dicta Matildis karissima mater mea insimul acquisierunt, et nominatim do, lego et concedo dicte Matildi, karissime matri mee, totam hereditatem illam, quam habebam, jure hereditario, in comitatu Donni Martini, ex successione dicti Philippi, karissimi patris mei. Iterum do, lego et concedo dicte karissime matri mee, Matildi, comitisse Bolonie, totum et integrum placitum gladii, quod habebam jure hereditario in tota terra Insule bone, et eciam in Kaletto, ubicumque haberem, vel habere dicerem vel possem, et eciam apud Alysi, et eciam in comitatu Albe marchie, et in omnibus appendiciis dictarum terrarum, ita videlicet quod dicta porcio acquisite et eciam tota dicta hereditas mea predicta, quam habebam in comitatu Donni Martini, et etiam totum placitum gladii, quod habebam jure hereditario in locis superius annotatis, in quintam partem tocuis hereditatis mee, ubicumque sit, connumeretur et compensetur. Hec autem omnia supradicta ego dicta Johanna do, lego et concedo dicte Matildi, karissime matri mee, in puram et perpetuam et irrevocabilem elemosinam, tenenda sibi et heredibus meis, et in perpetuum libere et pacifice possidenda. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° Lmo. primo, mense decembris.